ſeruare circũſtantias debitas imprudẽs. Sꝫ
vt diciẽ Eccleſiaſtes. vij. Qui deum timet ni-
hil negligit. quia. ſ. nõ obmittit aliquod ne-
ceſſariũ ad ſalutẽ. ſiue actum. ſiue circũſtan
tiam debitã. ⁊ hoc nõ quia timor opponaẽ ne
gligentie directe: ſed q: timor dei excitat ho-
minẽ ad actum rationis. ſ. ad ſolicitudinem.
quia timor facit hominẽ ꝯſiliatiuũ. hec Tho.
Scđo pcedit negligentia ex accidia. Cuius
ratõ eſt. q: cũ accidia ſit triſtitia de alieno bo
no ſp̃uali. ideo negligentiã generat ad eligen
dum ⁊ torporẽ ad faciendũ. Et ratõ huiꝰ eſt.
q: ſicut id qđ nos delectat: facimꝰ diligenter.
pter qđ delectatõ pficit opus ſm phm in e-
thicis ita qđ nos ꝯtriſtat: facimꝰ negligenter
Uñ diciẽ puer. xxv. Sicut tinea ligno. ita tri
ſtitia nocet cordi. ſ. tollendo ei vires ad opã-
dum bene ⁊ diligenter. Tertõ pcedit negligẽ
tia ex auaritia. quia cũ homo diligit inordia
te magnã pſperitatẽ quã habet. ex hoc effici
tur negligens ad vitandũ malũ ⁊ eligendum
bonum Hiere. xliij. Ingreſſi ſunt. poſſederũt
terram. ⁊ nõ obedierũt. vbi dicit glo. ꝙ nihil
eſt mediũ inter poſſeſſionẽ ⁊ inobedientiam.
Nam vbertas ſecuritatẽ. ſecuritas negligen-
tiam. negligentia ꝯtemptũ generat. Quar-
to pcedit negligẽtia ex inordinato amore ſui.
Uñ dicit Gregꝰ in moralibꝫ. ꝙ negligẽtiã mi
nor amor dei exaggerat. Sed ſciendũ ꝙ mi-
nor amor dei poteſt intelligi dupl̕r. Uno mõ
p defectũ feruoris caritatis. ⁊ talis negligen
tia eſt veniale. Alio modo p defectũ ipſius ca-
ritatis. ⁊ ſic diciẽ minor amor dei qñ q̃s amat
deũ ſolũ amore naturali. ⁊ ex hoc cũ quo ẽ in
ordinatus amor ſui negligentia eſt mortale.
De qua intelligiẽ illud Hiere. xlviij. Maledi
ctus qui facit opꝰ dei negligenter ſcđm vnaꝫ
lrãꝫ Alex. i ſũ. ⁊ Tho. Eſt aũt negligẽtia ſpã-
le pc̃m. Sed ſciendũ ſcđm Tho. ſc̃da ſc̃de. q.
liiij. ꝙ aliqua peccata ſunt ſpãlia. quia ſunt
circa ſpãlem materiam vti luxuria eſt circa
venerea. quedã autẽ ſũt ſpãlia pter ſpãlita-
tem actus rõnis ſe extendẽtis ad omnẽ mate
riã moralem. ⁊ hmõi. ſunt oĩa vitia que ſunt
circa actus rõnis. Nã quilibet actꝰ rõnis ex-
tendit ſe ad omnẽ materiã moralem. Et ideo
cũ ſolicitudo ſit quidam ſpãlis actus rõnis.
ꝯñs eſt ꝙ negligentia que ĩportat defectũ ſo-
licitudinis ſit ſpãle pc̃m.

## Q̃tum ad tertium .§. iij.

ſ. grauitatẽ peccati. Sciendum ꝙ negligẽtia b
aliqñ eſt mortale. aliqñ veniale. Et mortale
quidẽ eſt duplex. ſ. rõne defectus. ⁊ ratõne cõ
temptus. Si enĩ p negligentiam p̃termitta-
tur actus qui eſt in p̃cepto. ⁊ p ꝯñs de neceſſi
tate ſalutis. puta dare elemoſinam cum ha-
beat ſupflua nature ⁊ pſone. ⁊ videt indigen
tes. Similiter ſi p̃termittanẽ debite circũſtã
tie iſtius actus. puta dare elemoſinam tp̃e ex
treme neceſſitatis aliꝰ. Scđo eſt negligen-
tia rõne ꝯtemptus mortale. Si enĩ volũtas
intĩn ſit remiſſa circa ea q̃ dei ſunt vt totaliẽ

a caritate dei deficiat ɔtēnendo q̄ sūt dei puta cū nō curat q̄s bonū facē sed ɔtēnit. verbi gratia. tenet̄ aliq̄s aliqđ bonū ſolicite ⁊ deuote facere. vt pſallere. ⁊ orare. ſi aliq̄s ex ɔſuetudine habeat hanc negligētiā. ita q̄ ex ɔſuetudine nō curat: ſed ɔtemnit dicē horas ſuas ſolicite ⁊ deuote. talis negligētia erit mortalis. Licet eñ negligētia ī dicēdo ſemel vel bis horas indeuote nō ſit mortale. tñ ex frequentia ⁊ ɔſuetudine poteſt ɔtingē ꝑ ɔtemptuꝫ q̄ erit illa negligētia mortalis. Sicut gutta cauat lapidē nō vi ſed ſepe cadēdo. Et gutte aq̄ nō vna vel. x. ſed multiplicate ſubmergūt nauem. Vñ Aug⁹. Nō facit fluctus irruēs. hoc ſentina neglecta. de peni. di. j. c. Tres ſūt aūt in fine. Et ſic dr̄ in decret. ꝑ Anacletum. Sicut in vnoquoq̄ ope artiū mater inueniť inſtantia. ita nouerca eruditōis eſt negligētia diſ. lxxxiij. nihil. Nouerca cū triſtitia gubernat filios alioꝝ. ⁊ ideo male ⁊ incurie. Et ſic accidioſus cū triſtitia ⁊ tedio vacat ſtudio et cuicunq̄ opi. ⁊ ideo male abiſcit vel deo male ſeruit. Et de hac negligētia q̄ mortalis eſt. intelligiť illud ꝓuer. xix. Qui negligit viā ſuā mortificabiť. ſ. ꝑ culpā mortalē ⁊ penā et̄nā Viam dicit. ſ. mādatoꝝ ꝑ quā debem⁹ ambulare ad patriā. Vnde Jſa. Hec eſt via. ambulate in ea. vel viam. i. xp̄m. qui ait. Ego ſum via. veritas. ⁊ vita Joh. xiiij. Jpſū. ſ. ɔtēnendo nō ſequēdo veſtigia ei⁹. vel viā ſuā. i. ɔuerſationem ⁊ opa ſua. nō curās ſi bene vl' male deo viuat vel mūdo. hic dānabiť. Eſt negligētia veniale al'. qñ. ſ. nō ꝑtermittiť act⁹ neceſſarius vel circūſtantia neceſſaria ad actum neceſſarium ad ſalutē. Et de hac intelligitur illud Ecci. vij. De negligentia purga te cum paucis. qđ intelligiť tripliciter. Vno mō ſic. de peccatis ɔmiſſis ꝑ negligentiā. q̄. ſ. eſt veniale ī paucis. i. ꝑ pauca purga te. q̄r. ſ. pauca ſufficiunt ad delendū venialia. ⁊ hoc ſcđm glo. Scđo mō cum paucis purga te de pc̄tis negligētie. q̄r. ſ. pauci ſūt qui ſciant purgare peccata negligentie ⁊ ſcire an mortale an veniale. Tertīo mō cū paucis purga te. i. paucis reuela cor tuum. q. d. nō reueles cuicūq̄ cor tuū vel ɔfitearis indifferenter: ſꝫ his qui ſciant ⁊ poſſint iuuare ⁊ conſulere. Eſt ⁊ negligentia in quibuſdā dubia vtꝝ mortale vl' veniale. vel ꝓpter dignitatē materie. vl' ꝓpter incertitudinem debite reſiſtētie a ratione. P̄mum accidit circa ſacramenta. vt de ɔſe. di. ij. Si ꝑ negligentiā. et. j. q. j. Jnterrogo. ⁊ in alijs multis. Secundum ī cogitationib⁹ mortalium peccatorum. qñ non cito expelluntur ⁊ p̄cipue circa turpia: ſed vacillat mens inter aſſenſum ⁊ diſſenſum.

¶ Capl'm quartū đ negligētia bñ opandi.

De negligentia in bene opando ait p̄s. xiij. Om̄es declinauerūt: ſimul īutiles facti ſūt. nō ē q̄ faciat bonū. nō ē vſq̄ ad vnū. Vñ ī euāgelio de īuitatis ad nuptias q̄s fecit rex filio ſuo. i. deus pr̄ filio ſuo cū ſibi vniuit naturā nr̄am ſeu eccleſiā. ad quā eccleſiā ſeu miſteriū credēdo oēs inuitanť. dr̄ q̄ inuitati neglexerūt eūtes alij ī villā. alij ad negociationē. alij nūcios occiderūt Math. xxij. Et q̄ miſſis exercitib⁹ ſuis rex ꝑdidit illos. Sꝫ econtra ſanctus Daniel cauens ſibi a negligētia cū ɔplerētur ſeptuaginta āni quib⁹ p̄dixerat Hieremias ꝑpl'm illū iudeoꝝ ī captiuitate babilonica ꝑmanſuꝝ. ⁊ poſtea liberāduꝫ poſuit ſe ad adorādū dñm ꝑ liberatōe illi⁹ ꝑpl'i ī ſacco ⁊ cinē. Nō q̄r eſſet incredul⁹ futuroꝝ. vt dicit Hiero⁹: ſed ne ſecuritas negligētiaꝫ. ⁊ negligētia pareret offenſā (đ peni. diſ. j) p̄dixerat. Sed ɔmuniter omnes declinauerunt q̄r vbi tangiť prauitas omniū quo ad tria.

Primo quo ad omiſſionē boni preteriti. ibi. Omnes declinauerūt.

Scđo q̄ ad omiſſionē debiti modi. i. circūſtātie debite. ibi. ſimul inutiles facti ſunt.

Tertīo quo ad omiſſionem boni p̄ñtis. ibi. nō eſt qui faciat bonū.

¶ Qñtum ad primum .§. j.

ſ. omiſſionē boni p̄teriti dicit. Oēs declinauerūt. i. bonū qđ debebāt facē ñ egerūt Jſa. liij. Vnuſq̄ſq̄ in viā ſuā đclinauit. i. recedēs a bono qđ debuit facē ſcđm rōnē. ſecut⁹ ē viā ſuā. ſ. ꝓpriā voluntatē. Declinauerūt aūt oēs tripliciť. vꝫ. vl' a veritate. vl' a pietate. vl' a ſummi boni īcōmutabilitate. A veritate vnuſquiſq̄ declinauit. ſm̄ illud Oſee. iiij. Nō ē veritas dei in t̄ra. p̄s. Oīs homo mēdax. Declinauerūt etiā oēs a veritate fidei t̄pe paſſiōis etiā apl'i. excepta bt̄a v̄gine Maria. naꝫ relicto eo fugierūt Math. xxvj. qđ ſm̄ Remigiū videm⁹ impleri ī his q̄ ꝓ amore xp̄i ꝓmittūt ſe magna facturos. qui tñ qñ oportet ñ faciūt. Jnſinuať etiā mortaliť q̄ xp̄c paucos habet ſocios ad ɔpatiēdū: ſed multos ad ɔgaudēdū nō attēdentes q̄ nō eſt trāſit⁹ ad lignū vite niſi ꝑ gladiū flāmeū. i. tribulatōes Geñ. iij. Sꝫ oēs negligūt illas cū debita patiētia ſufferre declinātes a veritate cognitōis. q̄r nō intelligunt quāta oporteat ꝓ deo ⁊ regno celeſti pati. vñ dr̄ ꝓuer. iij. Diſciplinā dñi fili mi ne abicias: ne deficias cū ab eo corripieris. Secūdo declinant oēs a pietate ſeu miſc̄dia Oſee. iiij. Nō ē miſc̄dia ī t̄ra: ⁊ hoc q̄r auaritie vacant oēs. ſm̄ illud Hiere. vj. A maiori vſq̄ ad minorē oēs auaritie ſtudēt. ⁊ a ꝓph'a vſq̄ ad ſacdotē cuncti faciūt dolū. Alia pc̄ta nō videntur eſſe ita ɔmunia. Et ex hac auaritia cl'ici

⁊ p̄lati q̄ ſūt obligati ad curā aīaꝝ declinant ab ea. nō curātes niſi de lana ⁊ lacte .i. tp̄alitate ouiū ſuaꝝ: ſed ex negligētia lupis eas exponūt vl' dimittūt deuorādas. i. demonijs per diuerſa vitia. j Thimoth. iiij. Noli negligere grām q̄ data ē tibi p̄ īpoſitionē manuuꝫ. ſ. ad habēdū curā aīaꝝ. Nā vt dicit Leo. Inferiorum ordinū culpe ad nullos magis referende ſūt q̄ ad negligētes deſideſq̧ p̄latos. q̄ multaꝫ ſepe nutriūt peſtilētiā dū ſeueriorē diſſimulant exhibere medicinā. di. lxxxv. c. inferioꝝ.

Tertiō declināt oēs a bono īcōmutabili. ſ. a deo ad bona ꝯmutabilia. Et vt grāmatice et moraliter exponat̄. Nota ſcōm Alber. magnū. ſup p̄s. q̄ peccatores declināt ſm̄ oēs ſex caſus declinādi. Pⁱo declināt ī nt̄o caſu. cū ſolū ī mūdo querāt ⁊ cupiāt noīari: qd̄ p̄tinet ad ſupbiā Geñ. xj. Celebrem⁹ nomē nr̄m anteq̄ diuidamur ī terra. Scd̄o declināt ī gt̄o caſu. ſ. p̄ luxuriā Geñ. xix. Loth declinās de filiab⁹ ſuis genuit. Et d̄ ſenib⁹ q̄ exarſerūt ī cōcupiſcētiā Suſāne. dr̄ Daniel'. xiij. q̄ declinauerūt oculos ſuos. vt nō viderēt celū. Tertiō declināt ī dt̄o caſu p̄ gulā Eccl'i. xviij. Si preſtes aīe tue ꝯcupiſcētiā faciet te ī gaudiū inimicis tuis. Quarto declināt ī act̄o caſu p̄ īfamiā ⁊ detractōez alioꝝ. p̄s. in pſona xp̄i. Pro eo vt me diligerēt: detrahebāt mihi. ⁊ loquit̄ de iudeis xp̄m infamātib⁹. Quinto declinant in vt̄o caſu p̄ adulatōez ⁊ v̄ba dulcia. Sed vt dr̄ puer. j. Si te lactauerint pc̄tores: nō acq̄ eſcas eis. Sexto declināt ī ablat̄o caſu p̄ rapinā ⁊ ablatōez rex alienaꝝ. Sed ve eis qui multiplicāt nō ſua Abacuc. ij. Et ſi tales faciunt ex illis hoſpitalia ⁊ eccl'ias non p̄p̄t̄ hoc placāt deū. Ego dñs odio habēs rapinā ī holocauſtū. ait ipe Iſaie. lxj.

## a Qtuꝫ ad ſecunduꝫ .§. ij.

tāgit̄ negligētia q̄ ad omiſſionē modi debiti. ſ. circūſtātie debite. Aliq̄n eīm omittit̄ bonus actus debit⁹. Et de hoc dicit. Oēs declinauerunt. Aliq̄n omittit̄ circūſtātia act⁹ debiti. ⁊ tūc ē inutilis act⁹. Licet eīm act⁹ de ſe ſit bonus. tñ p̄p̄t̄ malā intentōez vl' aliā indebitam circūſtātiā efficit̄ inutilis ad ſalutē. Vñ ſub dit. ſimul īutiles facti ſūt. Nullū eīm v̄tuoſuꝫ opus ē. niſi debitis veſtiat̄ circūſtātijs. Inutiles dicūt̄ facti. i. īfructuoſi. Nā ſi ſūt p̄lati. doctores. p̄dicatores. ⁊ h⁹. q̄uis doceant et regāt tñ p̄p̄t̄ malā vitā efficiūt̄ īfructuoſi. Cui⁹ eī vita deſpicit̄: reſtat vt ei⁹ p̄dicatō ꝯtēnat̄. ait Greg⁹. Non ſolū alijs ſed etiā ſibi ſūt infructuoſi. q2 omiſſio debite circūſtantie facit opus de genē bonoꝝ malū. vñ nō meritoriū. Vñ dicit dñs Cayn ſm̄ aliā trāſlatōez. Si recte offeras. ⁊ nō recte diuidis: peccaſti Geñ. iiij. Offert recte deo q̄ facit op⁹ de ſe bonū: ſꝫ nō recte diuidit cū illud nō agit cū debita diſcretōne. nō obſeruās debitas circūſtantias.

vt cū facit elemoſinā ī loco indebito vel tp̄e. aut non bono fine. ⁊ h̄ peccat. Sed h̄ queritur que negligētia ſit grauior. an negligētia tp̄is. vel loci. vel finis. ⁊ hm̄oi. Et reſpondet Alex. ij. p̄te. q. xxxiiij. q̄ negligentia tp̄is ē g̃uior. quia damnoſior ſibi. eo q̄ irreuocabilis. p̄pter qd̄ dicit Seneca q̄ negligentia tp̄is eſt indecentiſſima ⁊ valde damnoſa. Negligentia vero circūſtātie loci eſt grauior. q2 dānoſior alteri. eo q̄ mai⁹ nocumentū infert p̄ximo. verbigrā. cum negligenter iacit lapidē ī aliq̄ loco: vnde occidit hominē. Negligentia vero finis eſt grauior ſimpliciter. q2 ab īpo fine determinat̄ bonitas actionis.

## Qtum ad tertium .§. iij b

tangit̄ negligentia quo ad omiſſionē boni p̄ſentis. cū dicit̄. Nō eſt q̄ faciat bonū. qd̄ intelligit̄ triplicit̄er. Vno mō ſic. Multi dicūt bonum ⁊ multi cogitāt bonū: ſꝫ nō eſt q̄ faciat illud bonum: ſed ex negligentia dimittitur. Quāuis eīm q̄n p̄termittit̄ aliquis act⁹ debitus exterior. illud dicat̄ omiſſio. tñ ipa omiſſio eſt effectus negligentie. et q̄n negligentia repit̄ in p̄termiſſione eoꝝ que ſūt de neceſſitate ſalutis. tūc negligentia trahit̄ ad aliud genus peccati magis manifeſti. vt ſicut cum omittit̄ ꝯfeſſio vl' ꝯmunio ānualis trahitur illa negligētia ad inobedientiam eccleſiaſtici p̄cepti. Et vt dicit Ambro. Nō ſatis eſt bene velle: ſed etiā bene facē. ſ. opoꝛtꝫ. diſ. lxxxvj. Nec etiā ſufficit bñ dicē. vel bonū. Nā ⁊ ficus in qua xp̄c tm̄ repit folia. que verba ſignāt et non fructus operum. maledicta a xp̄o aruit Math. xxj. Et p̄pterea dicit xp̄c. Non oīs qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ. Primū dñe refert̄ ad coꝛ in quo bonū cogitat̄. Scd̄m dñe refert̄ ad os. quo dr̄ bonū: ſꝫ opꝫ q̄ ſequat̄ tertiū dñe qd̄ ſubdit̄ a xp̄o. ſ. q̄ fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt: ipſe intrabit in regnū celoꝝ. Scd̄o modo intelligit̄. nō eſt qui faciat bonū. ſ. bonū puruꝫ quin. ſ. miſceat cum eo multa mala ⁊ multas negligentias Eccleſiaſtes. vij. Non eſt homo ſup̄ terram qui faciat bonum ⁊ nō peccet. Et puer. xx. Quis poteſt dicere. munduꝫ eſt coꝛ meū purus ſum a peccato? ⁊ Aug⁹. Si oēs ſcti ⁊ ſcte dū hic viuerēt interogati fuiſſent ſi peccatum haberent: reſponderent vna voce omnes illud. j Ioh. j. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus et veritas non eſt in nobis. excepta ſancta Maria virgine. hec nullam negligentiam cōmiſit. Et q̄uis negligentia reperiatur in omni peccato generaliter. quia omnis qui peccat: negligit ea p̄ que a pc̄to retraheretur. nō tñ p̄pter hoc tollit̄ q̄n al'n ſit ſp̄ale pc̄m. In peccato vtiq̧ ſi cōtingat eſſe defectum circa aliquē actuꝫ rōnis. puta defectum ꝯſilij. iudicij. ⁊ huiuſmōi. tñ ſicut p̄cipitatō eſt ſp̄ale pc̄m

ꝑ ſpālem actū rōnis q̄ ꝑtermittit̄.ſ. ꝯſilium
q̄uis poſſit repiri ī q̄libet genere pc̄torum.
Ita negligētia ē ſpāle pc̄m ꝓpter defectū ſpā
lis actꝰ rōnis.q̄ eſt ſolicitudo.q̄uis īueniatur
aliq̄liter in omībꝫ peccatis Tho.ſcd̄a ſcd̄e.q.
liiij. Tertiō modo exponit̄ ſic.nō eſt q̄ faciat
bonū.ſ.penitētie vt debet.Quotidie mlt̄a ma
la fiūt:⁊ q̄ſi nullū penitet peccatoꝝ ſuoꝝ.vn̄
dn̄s ꝯquerit̄ ꝑ Hiere.dicentē.c.viij. Nemo ē
qui agat penitētiā d̄ peccato ſuo dicens.quid
feci? Sed q̄ pſeuerat ī peccato:negligit vtiq̄ꝫ
ꝯteri.Et cū negligētia ſit circa actū p̄cipien
di.ad quē etiā ptinet ſolicitudo.al̄r tn̄ deficit
circa hūc actū negligēs.al̄r incōſtans. Incō
ſtans em̄ deficit ī p̄cipiendo q̄ſi ab aliq̄ impe-
ditus.ſ.paſſione ꝯcupiſcētie.Negligēs autē
deficit circa actum p̄cipiēdi ꝑ defectū ꝓmpte
voluntatis Tho.ſcd̄a ſcd̄e.q.liiij.Et q: hoīes
tepidi ſūt.ideo negligēter agūt penitētiā.Sꝫ
ſaltem ſeruandū eſt qd̄ ait apl̄us Ro.vj.Hu-
manū dico ꝓpt̄ īfirmitatē carnis vr̄e. Sicut
exhibuiſtis mēbra vr̄a ſeruire iniq̄tati ad in
iquitatē.i.peccato ducēti vos in aliud pc̄m.
ita exhibete mēbra vr̄a ſeruire iuſtitie.i. pe-
nitētie in ſatiſfactōēꝫ.i.quantā habuiſtis ſo-
licitudinē ad laborandū ꝓ malis.tantā habe
te ad faciendū penitentiā excludēdo omnē ne
gligentiam. ¶ Q: ſumus negligētes ab bene
opandū.⁊ ſoliciti ⁊ fortes ad male opandum
hoc ꝯtingit ꝓpter tres rōnes.

a Primo ꝓpter difficultatem medij.
Scd̄o ꝓpter multiplicitatē modi.
Tertio ꝓpter prauitatem animi.

¶ Prima ḡ ratio q̄re ſumꝰ negligentes ad bene
opandū.⁊ difficiliter opamur ē ꝓpt̄ difficul-
tatem medij. Difficile em̄ ē bn̄ opari.⁊ facile
male opari.Et rō huiꝰ eſt iſta. Virtꝰ ꝯſiſtit
in medio rei vel rōnis:ſed tangere mediū eſt
difficile. declinare ſeu deuiare a medio eſt fa
cile.Et q̄ hoc ſit verum ptꝫ ꝑ exemplum d̄ ſi-
gno.Nā ꝯtingere pūctū ſiue ī centro circuli
ſiue in aliqua pte ſupficiei ē difficile.deuiare
aūt a medio eſt facile vt ptꝫ ī ſagittantibꝫ ad
ſignū.Sic ḡ.quia recte ⁊ v̄tuoſe agere ꝯſiſtit
ī attingēdo mediū qd̄ ē difficile: recedere aūt
a medio facile.Ideo negligēs eſt homo ad bo
num ⁊ difficilis.⁊ econtra facilis ⁊ ſolers ad
malum. Secūda rō eſt ꝓpter multiplicitatē
modi.Nā ſc̄m Dioniſiū de diuinis noībꝫ.Ma-
lum ꝯtingit oīfariā.i. ex ſingularibꝫ defecti-
bus.Bonum vero ex pfecta ⁊ integra cauſa.
Ratio huiꝰ eſt.q: actio non iudicat̄ bona niſi
vtrūq̄ꝫ eoꝝ fuerit.ſ.actꝰ de ſe bonus. vt dare
elemoſinam.facere ieiuniū. ⁊ orare.⁊ hmōi.
⁊ circūſtantia bona. q̄ eſt multiplex.ſ.debitꝰ
finis.debitus modꝰ.debitū tp̄s ⁊ hmōi.Actio
econtra iudicat̄ mala nōſolū ſi actꝰ ſit malꝰ
de ſe.vt furari. blaſphemare.piurare.⁊ hꝰ.ſꝫ
etiā et ſi actꝰ ſit bonꝰ in ſe vt ieiunare.et aliq̄
circūſtantia mala ſit.vt intentio mala.ſ.ꝓpter
laudē hūanā vl̄ alia circūſtātia mala. Diffi-
cilius aūt ē facē illud ad qd̄ mlt̄a requirunt̄
q̄ illud ad qd̄ pauca. Patꝫ etiā ꝑ exemplū de
pulcritudine ⁊ ſanitate. Nō eī iudicat̄ homo
pulcer niſi oīa mēbra eiꝰ decora fuerit. Tur-
pis aūt reddit̄ ex hoc ſolo q̄ vnū mēbrū cor-
poris turpe ſit. Similit̄ egritudo q̄ ē malum
ꝯplexionis corpalis pueniť ex ſingulari deor
dinatiōe cuiuſcūq̄ꝫ humoris: ſed ſanitas n̄ ha
bet̄ niſi ex debita ꝓportiōe oīuꝫ humoꝝ.Sicut
ḡ egritudo ī corpe hūano ꝯtingit multis mo
dis ac etiā turpitudo. Sꝫ ſanitas ⁊ pulcritu
do vno mō.ſ.ꝯcurrētibꝫ oībꝫ.ſ.debita ꝓportiōe
oīuꝫ mēbroꝝ ⁊ humoꝝ. Ita actio bona ꝯtin-
git vno mō.vꝫ ꝯcurrētibꝫ oībꝫ neceſſarijs ad
hoc.vt actu bono.⁊ circūſtātijs debitis.Sed
actio mala ex hoc q̄ aliquod vnū ex illis defi
ciat.hec Arꝫ.ij.ethicoꝝ ⁊ Alber.⁊ Tho.ī ſcri
ptis ſup illud. Tertia rō ē ꝓpt̄ p̄uitatē animi
q̄re ſumꝰ negligētes ⁊ difficiles ad bn̄ opan-
dum. Sicut em̄ habēti linguā colera īfectā:
dulce ē amaꝝ.⁊ palato nō ſano pena ē panis
q̄ ſano ē ſuauis.⁊ oculis egris odioſa eſt lux:
q̄ puris ē amabilis ſc̄m Augꝰ. Ita habēti ha-
bitū vitioſū vel affectū iordinato corruptum
amore: bn̄ opari eſt difficile ⁊ penoſū.⁊ inde
negligit illud agē.ſicut ecōtra habēti habitū
virtuoſū:ē facile bn̄ opari. Hec aūt iordina
tio affectus ꝯtingit p̄cipue ꝓpter tria.Primo
ꝓpter mali opis frequentiā. Scd̄o ꝓpter men b
tis malitiā. Tertio ꝓpt̄ paſſionis vehemētiaꝫ
Circa ad p̄mū certū ē ⁊ manifeſtū. q: frequē
tia ſeu ꝯſuetudo male opandi facit difficulta
teꝫ ad bonū. Quis eī res naturales a ſua na
turali īclinatiōe ꝓpter ꝯſuetudinē in ꝯtrariuꝫ
nō mutent̄.ſicut pꝫ ꝑ exemplū ī lapide. quia
q̄tūcūq̄ꝫ frequēter piciat̄ ſurſū nūq̄ aſſueſcit
ſurſū moueri.Et rō eſt.q: p̄ncipiū huiꝰ incli
natiōis.ſ.moueri deorſum qd̄ p̄ncipiū eſt gra-
uitas.mutari nō pt̄.Sed in actibꝫ humanis
moralibꝫ bn̄ mutat̄ inclinatio ꝓpter ꝯſuetudi-
nem in ꝯtrariū.⁊ ptꝫ ꝑ exemplū.Nam multe
gutte cadētes cauant lapidē.⁊ ex frequēti edi
ficatiōe.ſcriptura citharizatiōe.⁊ hmōi.poſt-
q̄ didicerint artē faciliter oēs ⁊ bene opant̄.
Et ſic ex frequēti bn̄facere.caſte viuē. abſti-
nentiā ſeruare ⁊ hmōi. acq̄rit ſibi hō habitū
virtutis.vnde faciliter poſtea opet̄ ſc̄m illam
virtutē.⁊ ꝓpter hoc nō paꝝ differt q̄ homo a
pueritia ſtatim aſſueſcat male vel bn̄ opari.
Que em̄ a pueritia imp̄mūt̄ firmiꝰ retinent̄.
Unde q: ꝯſuetudo eſt q̄ſi altera natura. qui a
pueritia aſſueſcit bn̄ facē:facilit̄ opat̄.q̄ aūt
male:difficilē Arꝫ.ij.ethicoꝝ.et Tho.ſup il-
lud. Scd̄o inordinatio affectus pueniť ꝓpter
mētis malitiam.Qui em̄ vult ſcient̄ ⁊ de idu
ſtria aliqd̄ magnū malū incurrere vt aliquo
minimo bono fruat̄.hꝫ ſic malitioſus appeti-

tum inordinatū habet. Sicut laſciuus qui d̄
induſtria vult habē delectatōēꝫ carnaleꝫ. per
quā maiori bono. ſ. ſpūali ⁊ diuino ꝑuat̄. tā-
ꝗ malitioſus peccat. Etſi arguat̄ ꝯtra. qꝛ ſm
Dyoniſiū. null⁹ intēdēs ad malū opat̄. ḡ vi-
det̄ ꝙ null⁹ ex malitia peccat. ſ. intēdēs male
facē. Rn̄o. ꝙ malū ꝓpt̄ ſe null⁹ intēdit ſed bene
ꝓpt̄ aliud. ſ. ad vitandū aliud malū. vt dānū
tp̄ale. vel ꝯſequēdū aliqđ bonū vt delectatōꝫ
malitioſus intēdit maluꝫ. Vellet laſciu⁹ dele-
ctatōne frui ſine offēſa dei: ſꝫ duobꝫ ſibi ꝓpoſi
tis. delectatōe venerea. ⁊ offenſa dei vult ⁊ eli
git potius delectatōēꝫ ꝗ vitare offenſam dei.
Tho. p̄ma ſcđe. q. lxxviij. arti. j. Tertō ꝓue-
nit iordinatō affect⁹ ꝓpt̄ paſſionis vehemētiā
lꝫ eīn incōtinēs agnoſcat ꝙ oē ihoneſtū ē fu-
giendū. ſicut ⁊ nouit ꝙ nullū dulce extra ho-
ram iordinate ē guſtandū. tn̄ paſſio ꝯcupiſcē
tie i ꝑticulari ligat rōnē. Et qđ rō reſpuebat
i generali ligata a paſſione ꝯcupiſcētie. q qn̄
ē vehemēs ꝑt̄ mouē quālibet ꝑticulā aīe etiā
rōem ſi nō ſit ſolicita ad repellendū. acceptat
in ꝑticulari. ita ꝙ a tali paſſione i ꝑticulari
rō ligat̄ ⁊ obnubilat̄. ⁊ affectō deprauat̄ Ar.
vij. ethicoꝝ. et Tho. ſuꝑ illud Raineri⁹. No-
tandū ꝙ ꝗdruplex ē negligētia ꝗ ꝑiculoſa eſt
⁊ ideo dꝫ euitari diligēter. Prima ē negligē-
tia correctōis vitioꝝ. Scđa negligētia obſer-
uatōis feſtoꝝ. Tertia ſuſceptōis ſacramētoꝝ
Quarta negligētia audiētie diuinoꝝ. De ꝗ-
libet haꝝ habet̄ ſpāle caplm̄ ⁊ alī etiā plura
c. vt patebit Or. Delicta ꝗs intelligit ait. p̄s.
q. d. null⁹. inumera ſūt eīn ⁊ dicūt̄ delicta ꝗi
derelicta. i. negligētie ꝗ ꝯmittūt̄ circa p̄dicta
ab oībꝫ non poſſent enumerari: nec aliꝗs ab
hmōi p̄t ſe cauere. Et negligētia quidē corre-
ctionis vitioꝝ ꝗ p̄mo poſita ē triplex ē. Pri-
ma ē negligētia correctōis internalis. Secū-
da ē negligētia correctōis p̄ſidentialis. Ter-
tia ē negligētia correctōis fraternalis. De p̄-
ma inꝗt p̄s. Feci iudiciū ⁊ iuſtitiā. Judiciuꝫ
ſit interi⁹ dū ꝗs examīat ꝯſciētiā ſuā. Juſti-
tia aūt dū inuenta vitia i ꝯſcīa punit Aug⁹
de peni. diſ. j. Judicet ſe homo dū poteſt. ſ. ſe
examinando. ⁊ mores ꝯuertat in melius. ſ. ſe
corrigendo. ne cū nō poterit p̄ter voluntatē
a dn̄o iudicet̄ Ambro. Nouit deus mutare ſē-
tentiā ſi tu noueris emēdare delictū. de peni.
diſ. j. Tenet̄ aūt ꝗlibet ſe corrigē ꝑ ꝯtritōem
qn̄ pcc̄m mortale occurrit mēti de quo nō eſt
adhuc ꝯtrit⁹. al̄ talis omiſſio ⁊ negligētia eēt
mortale ſcđm Tho. in. iiij. ⁊ oēs alios. Debet
etiā ſe ꝗlibet corrigē de minimis. Nam vt dr̄.
Qui minima negligit paulatim defluit. Qui
ſ. negligit minima vitia vitare. Qui negligit
minima vitia purgaē. Qui negligit minima
mādata ſuaē. Jſte paulatī defluit a vigoē ſpi
rit⁹ ⁊ a grā. ⁊ a mīoribꝫ ad maiora ꝓcedēs ma
la. Debet ḡ ꝗs vitare circa ſe omnē negligen
tiā. Exēplū de illo ſcō epō ꝗ vidēs Pelagiaꝫ
ante ꝯuerſionē cū mlt̄a ſolicitudine ornatā
flebat negligētiā ſuā dicens ſe cū tāta ſolici-
tudine nō ſeruire deo ſicut illa querebat pla
cere mundo in malum ⁊c̄.

Caplm̄ quintū de negligentia p̄latoꝝ.

DE negligentia p̄latorū
ꝗ ꝓhibet̄ cuꝫ dicit̄ ſacerdotibꝫ. ij.
paral̄. xxix. Nolite negligere. vos
eīn elegit de⁹. vt ſtetis coraꝫ eo. ſ.
ꝓ ſalute ꝑpl̄oꝝ. Multū ē ꝑiculoſa ſibi et alijs
negligētia in p̄latis. Vn̄ Aug⁹ ad Valerium.
Nihil in hac vita facili⁹ leui⁹ ⁊ acceptabilius
hoībꝫ. epi p̄ſbiteri aut diaconi officio. Sed ſi
ꝑfūctorie. i. negligēt̄ atqꝫ adulatorie res aga-
tur. nihil apud deū miſerius. triſti⁹ atqꝫ dāna
bilius. diſ. xl. Ante oīa. Et de p̄lato maximo.
i. de papa dicit̄. diſ. ea. Si papa ſue ⁊ fratꝛne
ſalutis negligēs dep̄hendit̄. iutilis ⁊ remiſſus
i opibꝫ ſuis. inſuꝑ ⁊ a bono taciturn⁹. inume
rabiles ꝑpl̄os catuati ſecū ducit p̄mo manci-
pio gehēne cū ipo plagis multis i eternū va-
pulaturis. Et venerabil̄ Beda ſuꝑ math. ait.
Nec ſufficere nobis ad ſaluteꝫ arbitremur ſi
turbis negligentiū vl̄ ꝗrūlibet indoctoꝝ fide
vel actibꝫ adeꝗmur: quibꝫ ſacris lr̄is vnica ē
credēdi parit̄ ⁊ viuēdi regl̄a p̄ſcripta. viij. q.
j. c. Nec ſufficē. Vn̄ p̄s. ij. ad eos loquens ait.
Erudimini ꝗ iudicatis terrā: ſeruite dn̄o i ti-
more. Judicāt terrā. i. eccleſiā. vel hoīes ꝗ de
terra ſūt rectores ꝑpl̄oꝝ. p̄cipue eccleſiaꝝ. ꝗs
hortatur ad tria in p̄dictis verbis.
Primo ad ignorantiā ab animo remouēdā.
ibi. Erudimini.
Scđo ad obedientiam deo exhibendam. ibi.
ſeruite domino.
Tertō ad negligentiam in officio excludēdā.
ibi. in timore.

Qvtum ad primum .§. j.
dixit dn̄s ꝑ Oſeam. c. iiij. Quia tu ſcientiam
repuliſti ⁊ ego te repellam ne ſacerdotō fun-
garis mihi. ꝓpter qđ dicit̄. diſ. xxxviij. Jgno-
rantia mater cūctoꝝ erroꝝ maxime in ſacer
dotibus vitanda eſt. ꝗ officium docēdi in ꝑpl̄o
ſuſceperūt. Et ad hoc faciūt multe auctorita
tes et figure que ponuntur. diſtin. xxxvj. §.
Ecce ꝙ ſacrarum. ⁊ diſtin. xxxviij. dicit Cle-
mens. Nullus epiſcopus propter obprobriuꝫ
ſenectutis vel nobilitatem generis a ꝑuulis
et minimis eruditis ſi quid forte eſt vtilita-
tis et ſalutis inquirere negligat. Unde in fi-
guram dixit Jacob filijs ſuis. Quare negli-
gitis: audiui ꝙ frumenta vendantur in egi-
pto Gen̄. xlij. frumenta ſunt ſacre doctrine
que in egipto. qui interpretatur tenebre id ē

in humilitate acq̄rūẽ nō alio p̄cio q̄ laboris
⁊ ſolicitudinis. Si q̄s igiẽ vult vitā ſpūs ſer-
uare nō debet negligē ſʒ laborare ad eas adi-
piſcēdas. Erudimi ğ q̄ iudicatis terrā. i. pla-
ti. q̄ȝ ignorās p̄lat⁹ nō ē in tuto aīe ſue.

## Q̄tum ad ſecundū .§. ij.

admoneẽ rector ad obediētiā dei. cū dicitur.
ſeruite dño. Seruit ei q̄ ipi⁹ mādatis obedit.
Uñ dr̄ Deuẽ. viij. Caueas ne obliuiſcaris dñi
dei tui ⁊ negligas mādata ei⁹. ſ. nō ea ſuādo.
Integritas eñi p̄ſidentiū ſalus eſt ſubditoꝝ.
⁊ vbi incolumitas ē obediētie. ibi ſana forma
doctrine. Leo papa diſ. lxj. Miramur. Quo-
modo eñi (ait Hiero⁹) poteſt preſes auferre
malū de medio eccleſie q̄ in delictū ſimile cor
ruit: aut q̄ libertate corripe peccantē cū taci-
tus ipe ſibi reſpōdeat eadē ſe admiſiſſe q̄ cor-
ripit. diſ. xxv. c. fi. Et nota diligenẽ ſm Pe. de
palu. in. iiij. diſ. xix. p̄lat⁹ corrigēs ⁊ puniens
vt p̄lat⁹ crimīa ſubditoꝝ. i. ex officio ſuo ſi eſt
ī mortali peccato etiā occulto peccat morta-
liter. q̄ȝ indigne exequiẽ officiū ſuum. agēs ꝯ
illud dñi mandatū. Iuſte q̄d iuſtū ē exeq̄ris.
⁊ ſic ſuſpēſus eſt q̄ ad ſe coraȝ deo. ar. ad hoc.
iij. q. vij. Qui ſine peccato. cum. c. ſe. Q̄d dicit
idē Pe. verū eſſe de p̄lato ī ſpūalib⁹. Secus de
p̄lato ī tempalib⁹. vt capitaneo. poteſtate. cō
ſulib⁹. ⁊ hmōi. Si enim p̄poſitus vel baliu⁹ ⁊
hmōi ī mortali exiſtat occulto. ⁊ ſuſpēdat la-
tronem. vel al' puniat malefactorē. non ꝓpter
hoc peccat mortaliter. cū hec officia etiam a
gentilib⁹ habeanẽ. Si vero q̄s corrigit vitia
alioꝝ ꝑ modum magiſterij. docēdo. ſ. publice
ſacrā ſcripturā. ſi pcc̄m ei⁹ eſt occultū nō pec
cat mortaliter. ſi notoriū peccat mortaliẽ. q̄ȝ
q̄tū eſt de ſe ſcandalizat. Idē Tho. in. iiij. Si
aūt corrigit ꝑ modū p̄dicatōis. i. p̄dicādo. ſi-
ue ſit occultū ſiue manifeſtū pcc̄m ei⁹ morta
le in quo eſt: mortaliter peccat. vt tenēt Tho
Pe. ⁊ Archid̄. Nec tñ excuſareẽ a pcc̄o graui
negligentie ſi p̄lat⁹ ꝓpter hoc deſiſteret a cor-
rigendis crimib⁹. quia poteſt de peccato peni
tere vl' renūciare. vñ nō eſt ꝑplexus. Serui-
te ğ dño qui iudicatis terram: iuſte viuendo.
al' adipleẽ in eis illud Sap̄. iij. Neglexerunt
iuſtū. ſ. facere. et a dño receſſerūt nō. ſ. ei ſer-
uiēdo: ſʒ ꝯ volūtatē ei⁹ faciēdo. ⁊ ideo periēdo

## Q̄tum ad tertium .§. iij.

inſtruiẽ prelatus ⁊ rector vt excludat a ſe ne
gligentiam in officio. dū dr̄. in timore. ſ. ſui-
te. Nam (vt dr̄ Eccī. vij) qui deuȝ timet nihil
negligit. i. nil omittit de his q̄ facere tenetur
ex officio ſuo. Tria aūt habet facere p̄lat⁹ ex
officio ſuo. q̄ ſi notabiliter omittat: cōmittit
magnam negligentiā. ⁊ nō ſeruit dño in ti-
more. Et ideo diciẽ Eſdre. iiij. Uidete ne quid
negligenter ꝑ vos agaẽ.

Primū eſt ī ꝓuidendo ſubditoꝝ neceſſaria.
Secundū eſt in inq̄rendo ſubditoꝝ vitia.
Tertiū eſt in corrigēdo ſubditoꝝ crimina.
¶ Primo quidē teneẽ prelat⁹ ꝓuidere ſubditis
neceſſaria quātū in eo eſt tripl'r. al' negligē-
tiam cōmittit. ſ. ſacramēta loco ⁊ tpe ſuo mi-
niſtrando. documēta ꝓpinādo. tp̄alia ſi poteſt
diſpēſando. cū. ſ. habet ſup̄flua dȝ ſ̄mo pau-
peres nutrire. Uñ Hiero⁹. xvj. q. j. Oñ quic-
quid habēt clerici paup̄ū ē. ⁊ eoꝝ dom⁹ oīb⁹
debēt eſſe ꝯmunes. ſ. indigētib⁹. Uñ dicit Gra
cian⁹. q̄ debēt p̄lati ſubditis nonſolū ſpūalia
ſedetiā carnalia ſubſidia miniſtrare. Exēplo
xp̄i q̄ turbas ſequētes nōſolū v̄bo docebat ſed
etiā v̄tute ſanabat ⁊ corporalib⁹ alimētis re-
ficiebat. q̄ñ vȝ ſatiauit. v. milia hominū ex. v
panib⁹ ordeaceis ⁊ duob⁹ piſcib⁹ Ioh̄. vj. Et
iteꝝ. iiij. milia ex ſeptē panib⁹ ⁊ paucis piſci-
culis Math̄. xiiij. Et vt hec poſſint ꝑficere oȝ
eos ſeculariū negocioꝝ habē ſolertiā vt coꝝ
cautela eccleſie ꝯſeruenẽ indēnes ⁊ cuiq̄ ne-
ceſſaria ꝓ modulo ſuo miniſtreẽ. Uñ quidaȝ
Petr⁹ nomīe electus in ep̄m Neapolitanū re
pelliẽ a Gregorio papa ꝓpter ſimplicitatē ne
eius occaſione res eccleſie dilapidareẽ. Ha-
benẽ hec. diſ. xxxix. c. vltio. vbi dicit glo. q̄ ſu
mitur h̄ ſimplicitas ꝓ negligētia vel ſtultitia
hec eñi negligētia q̄ñ. ſ. ē notabilis impedit ꝓ
mouendū. vt h̄. ⁊ diſ. xxiiij. Ep̄s. ſed nō deijcit
ꝓmotū ſed daẽ ei coadiutor. vt. vij. q. j. quia
frater. De Gregorio papa narraẽ q̄ cū audiſ
ſet quendā tpe famis extra muros vrbis fa-
me defeciſſe. ſeipſū a miſſe celebratōne ſuſpen
dit ꝑ plures dies q̄ſi ꝯſci⁹ mortis illi⁹. cū tñ
cū magna diligētia ꝓuideret omnib⁹ paupib⁹
int⁹ ⁊ extra. Scd̄o debet eē ſolicit⁹ ad ſacra-
mēta miniſtrāda. ⁊ negligētia ī hmōi magnū
pcc̄m ē. q̄ȝ ꝑ ſacramētoꝝ ſuſceptōnem fit al'n
peccator d̄ attrito ꝯtrit⁹: ⁊ ſic ſaluaẽ. vbi ſine
eis nō ſaluareẽ. Uñ dr̄. xxvj. q. vj. Si p̄ſbiter
penitentiā negauerit penitētib⁹ morientib⁹.
i. ꝯfeſſionē. reus erit aīaꝝ. nō tñ deberet ab-
ſoluere ſi moriēs nō eſt paratus facē ad quod
teneẽ. Uñ ⁊ Greg⁹ narrat ī li. dialogoꝝ p̄mo
circa finē. de quodā ſacerdote qui vocat⁹ ad
infirmū q̄ȝ aliquātulū diſtulit alijs occupa-
tus ille interim migrauit. de qua negligētia
ille p̄ſbiter amariſſime flebat: ſed merito ſan
ctitatis ſue p̄cib⁹ obtinuit reſuſcitatōem. hic
p̄ſbiter dict⁹ eſt ſeuerus q̄ vt ꝑficeret opus in
vinea ſua nō credēs illū ita cito finiri diſtu-
lit: ſed lacrimis reſuſcitatus poſtq̄ ꝯfeſſus ⁊
ſacramēta ſuſcepit inde ad octo dies mortu⁹
eſt. Debet tertō ſolicit⁹ eſſe ad admonenduȝ
et inſtruendum ipſos. al' negligentiam com-
mittit. Ad quam remouendam Salomon in
ſtruit p̄latuȝ dicēs ꝓuer. vj. Fili mi ſi ſpopō
deris pro amico tuo. i. ꝓmo quod fit in ſu-
ſceptione p̄lature defixiſti apud extraneum

animã tuã.i.firmiť te ligaſti ad opus cure ⁊ ſolicitudinis. ꝑ eo ꝓ q̃ ꝑus nõ tenebaris. Illaq̃at⁹es v̄bis oris tui ⁊ capt⁹tuis ꝓprijs ſmonib⁹.i.ad ea q̃ ſubditis habes admonē ⁊ dicē obligat⁹es facē vt exēplo tuo moueanť. Fac ḡ qd̓ dico tibi ⁊ teipm̄ libera q꞉ incidiſti ĩ manꝰ p̃rimi tui. diſcurre.ſ.ꝑ diuerſas ꝯſideratōnes ⁊ varias bonas opatões. feſtina.ſ.ad ea q̃ ſũt expediētia. ſuſcita amicũ tuũ.ſ. a ſomno pc̄ti. Diſcurre.ſ.ad tpalia paupib⁹ miniſtrãda. feſtina.ſ.ad ſacramētalia ꝓpinãda. ſuſcita amicũ tuũ ꝑ doctrinalia p̄dicãda. Ne dederis ſomnũ ocul̓tuis: nec dormitēt palpebre tue. Eruē q̃ſi damula d̓ manu ⁊ q̃ſi auis d̓ inſidijs aucupis. vbi dicit glo. Somnũ dat oculis q̃ ſbditoꝝ curã oĩno negligit. Dormitat q̃ q̃daꝫ rephēſibilia eoꝝ cũ ĩ eis cognoſcit ꝓpť mētis tediũ digna ĩuectõe nõ corrigit. Eruē q̃ſi damula. Glo. q꞉ damula mũdũ ē aĩal natura velox curſu. viſu ꝑſpicax ſeu acutũ. Ideo cũ in docēdis ſubditis occuparis. mũd⁹a pc̄tis oĩbus. ſtrēnu⁹ĩ bonis opib⁹. ꝑſpicax ĩ p̄cauēdis maloꝝ inſidijs. et v̄tutũ pēnis vt auis tut⁹eē ſatage d̓ ĩſidijs diaboli vt ad ſupna ꝑuenias. Quõ aũt plat⁹ debeat ſubditos monē oſtēdit dñs Ezech.ĩ quadã viſione. vt habeť Ezech. iiij. Tu fili hoĩs ſume tibi laterē ⁊ ponas euꝫ corã te ⁊ deſcribes ĩ eo ciuitatē hierl̓m ⁊ ordinabis eã obſidionē ⁊ edificabis munitõnes et ꝯportabis aggerē ⁊ dabis ꝯ eã caſtra ⁊ pones arietes ĩ giro ⁊ tu ſume tibi ſartaginē ferreã ⁊ ponas eã ĩ murũ ferreũ inter te ⁊ ciuitatē ⁊ obfirmab̓ faciē tuã ad e ã ⁊ erit ĩ obſidionē ⁊ circũdabis eã. ſignũ ē domui iſrl̓. Greg⁹ſup Ezech. omel̓. xij. ſic exponit. ꝓpħa tenet figuram doctoꝝ ⁊ etiã p̄latoꝝ q̃ habēt ſubditos docere. Sumit aũt ꝓpħa laterē et ponit corã ſe cũ p̄lat⁹vl̓ p̄dicator quēpiã terrenis datũ auditorē ſuſcipit ad docēdũ doctrinã v̄bi celeſtis Deſcribit aũt ciuitatē hierl̓m ꝓpħa ĩ latē qñ p̄lat⁹vel p̄dicator pc̄tori quē ĩſtruit: declarat q̃ ſit retributõ celeſtis patrie. q̃ viſio ſupne pacis. Coraꝫ aũt ſe ponit laterē cũ attēta mēte q̃litatē ꝯſiderat audiētis ⁊ ꝓuectũ vl̓ defectũ ei⁹ ⁊ ſm̄ intelligētiã ei⁹cũ v̄ba moderať de ſupnis gaudijs loquēs. Tũc ḡ ĩ latere d̓ſcripta ē hierl̓m qñ terrena mēs incipit agnoſcē q̃ ſit gaudia ſupna ⁊ ad illa anhelare. Sed mox vt aĩus cepit amare celeſtia. acrioresq̃ꝫ ꝯſueuerat tēptatões diabol⁹ĩmittit. Vñ debet doctor vel p̄lat⁹ei bella diaboli ĩnoteſcē ⁊ cautuꝫ ſe ad illa p̄parare. Et hoc ē qd̓ diciť. ordinabis ꝯ eã obſidionē.i. declara q̃mõ ꝑ tēptationuꝫ bella ad eterna gaudia oꝫ ꝑuenire. ⁊ quib⁹ ſe modis vitia v̄tutib⁹ opponãt. quõ luxuria caſtitatē feriat. ira trãq̃llitatē ꝑturbet ⁊c̄. Quõ etiã al̓n vitia ſub ſp̄ē v̄tutũ ſe abſcõdãt. vt ira ſub ſp̄ē zeli. remiſſio diſcipline ſub ſp̄ē manſuetudinis ⁊ h⁹. Cõportat aũt ꝓpħa aggereꝫ

qñ denũciat p̄latus auditorib⁹ q̓ terrena deſideria magis ſurripere ſolēt celeſtia appetētibus. Dat ꝓpħeta caſtra ꝯtra eam qñ ꝯtra eã collectas ⁊ adunatas inſidias ĩdicat. vt non ſolũ ex vno: ſed ex ĩũctis ſimul vitijs tēptēt. Sũt eñ quedã vitia ꝑ quãdã ſibi ꝯgnatõem ꝓpinqua. vt ex diſſolutõe ſp̄ũs gula. ⁊ ex gula luxuria ⁊ h⁹. In giro aũt arietes ordinãť qñ vitia ſingula mentē hincinde feriũt. Quia vero ferrum forte metallũ eſt. ⁊ in ſartagine cibus frigiť. ꝑ ſartaginē ferream ſp̄ũalis zeli fortis frixura ſignať. Oĩs q̃ppe ſp̄ũalis zel⁹ doctoris aĩam frigit quia valde cruciať dum infirmos quoſq꞉ eterna deſerere ⁊ reb⁹ tpalibus delectari ꝯſpicit. Vñ Ap̄l̓s. Quis ſcandalizať ⁊ ego nõ vror? Iſtam ſartaginem ferream inter ſe et ciuitatē p̄dicator vel p̄latus murum ferreũ ponit. quia ille fortis zel⁹qui nunc in mente doctoris agiť in die extremi iudicij inter eũ ⁊ aĩam quã a vitijs celať. teſtis eſt vt ſi audire is qui docetur: noluerit. doctor tñ ꝓ zelo qd̓ exhibet de auditoris negligentia reus nõ ſit. hec Greg⁹. Hic ḡ patet q̓ ſi nõ inſtruit ſubditos p̄latus reus negligentie eſt. Scd̓m lr̄am hoc factũ a ꝓpħeta ſignat obſidionem futurã hierl̓m. Scd̓o debet p̄latus eē ſolicitus ad inq̃renda vitia ſubditoruꝫ. Vnde dixit dñs Ezechieli in ꝑſona p̄latoꝝ Ezech. iij. Fili hoĩs ſpeculatorē dedi te domui iſrl̓.i. plebi tibi ꝯmiſſe ad intuendum facta eorum. Vnde ſi dicēte me ad impiũ ait domin⁹. Morte morieris. tu nõ annũciaueris vt auertať ab iniq̃tate ſua. ip̄e ĩ iniq̃tate ſua morieť. ſãguinem vero ſuũ.i. mortē de manu tua requiram. qñ.ſ. ex negligentia tue inq̃ſitõnis ⁊ admonitionis nõ eſt reuerſus ad penitentiam. Dicit aũt dñs ad impiũ. Morte morieris qñ ꝑpetrat aliqd̓ mortale. Hoc ei ip̄e dicit ꝑ ſcripturas. ⁊ ideo debꝫ p̄lat⁹ inq̃rere de vita ſubditoꝝ vt qñ pť ꝑcipe aliqd̓ crimĩale ĩ eis admoneat. Vnde dĩ. Diligenť agnoſce vultum pecoris tui.i. ꝯuerſatõeꝫ ſubditi exterioreꝫ et interiorē. quãtũ fas ē. vt admoneat ſcd̓m q̓ expedit. Dicit eñ regl̓a. Nõ pť iuſta eē excuſatio paſtoris. ſi lupus oues comedit ⁊ paſtor neſcit. exť de re. iu. qñ.ſ. pť ⁊ dꝫ ſcire et negligit. Et iſta ē differētia inť correctõeꝫ fraťnaꝫ de q̃ infra. ⁊ correctõeꝫ paternã ſeu p̄latoꝝ. q꞉ circa correctõꝫ fraternã nõ teneť hõ inq̃rere defect⁹alioꝝ quos corrigat: ſꝫ q̃s ꝯtingit eũ videre vel ſcire. ſicut nec quis teneť q̃rere q̃s indigeat vt det elemoſinã: ſed ſufficit q̓ det ſibi occurrentib⁹ ꝓut pť. Sed prelato hoc non ſufficit. vt.ſ. corrigat q̃s ꝯtingit defect⁹ eum ſcire: ſꝫ debet inq̃rere diligenť vitã ſubditoꝝ ſi forte etiã occultos defect⁹ poteſt dep̄hendere vt admonendo. precauendo malis obuiet. Sicut etiam debitor aduenientē termino ſolutionis debite querere debet creditorem cui

ſoluat debitū. ſm Tho. ſcd'a ſcd'e. q. xxxiij. Et ex paruis cognitis īueſtigādo īueniūť ſepe ⁊ alia. put docet Greg' in paſtorali. exponens illā viſionē Ezech. que ponit̄. viij. c. vbi dicit ꝓpħa q' de caldea fuit duct' ī viſione ī hierl'm ad templū dn̄i. vbi vidit iuxta hoſtiuȝ qđ reſpiciebat ad aq̄loneȝ. qđ. ſ. erat in atrio tēpli ſtatutū ẏdolū zeli. i. ẏdolum Baal. qđ erat ad ꝓuocandū irā dei. ideo dicit̄ ẏdolū zeli. Et introduxit me dn̄s ait ꝓpħa ad hoſtiū atrij ⁊ vidi ⁊ ecce foramē vnum in ꝑiete. Et dixit dn̄s. Fili hoīs fode ꝑietē. ⁊ cū ꝑfodiſſem parietem apparuit hoſtiū vnū. Et dixit ad me. ingredere ⁊ vide abhoīatōes peſſimas q̄s iſti faciūt hic. ⁊ ingreſſus vidi. ⁊ ecce oīs ſilitudo reptiliū ⁊ aīaliū. abhoīatō. ⁊ vniuerſa ẏdola dom' iſrl' depicta erāt ī pariete ⁊ in circuitu ꝑ totū ⁊. lxx. viri de ſenioribꝫ dom' iſrl'. ⁊ Jeconias filius Saphat ſtabat in medio eoꝝ an̄ picturas ſtantiū ⁊ vnuſq̄ſqȝ habebat thuribulū in manu ſua. ⁊ vapoꝝ nebule ď thure ꝯſurgebat ⁊ dixit dn̄s ad me. Certe vides q̄ ſeniores domus iſrl' faciūt in tenebris. vnuſq̄ſqȝ in abſcōdito cubiculi ſui. Dicūt em̄ nō videt dn̄s nos. ⁊ dereliquit dn̄s terrā. ⁊ dixit. ad huc ꝯuerſ' videbis abhoīatōes maiores. ⁊ ītroduxit me ad hoſtiuȝ porte dom' dn̄i que reſpiciebat ad aquilonē. ⁊ ecce ibi mulieres ſedebāt plangētes adonidem. Et dixit ad me. Adhuc ꝯuerſ' videbis abhoīatōes maiores. ⁊ introduxit me in atriū domus dn̄i interius. ⁊ ecce in hoſtio tēpli int̄ veſtibulū ⁊ altare q̄ſi. xxv. viri dorſuȝ habētes ꝯtra templū dn̄i ⁊ facies eoꝝ ad orientē ⁊ adorabāt ad ortū ſolis. hec in textu. Hanc viſionē tractans Greg' in paſtorali dicit q' ꝓpħa ſignat prepoſitū eccleſie q̄ inſtigatione ſpūs ſancti inducit̄ ad intuendum opa eoꝝ qui ſūt in eccleſia ſignata ꝑ hirl'm ⁊ templum dn̄i. Et in ipſo introitu. i. in p̄ma facie videt ẏdolū zeli. i. defectū ſatis ꝯmunē fideliū ſubditoꝝ. ſ. amorem inordinatū ad aliquam ꝑſonā vt filios vel parētes vel amicos. vt faciat ſibi q̄ſi ẏdolū de eis. Paries ſignat duritiam peccati. foramen in ꝑiete deſignat aliqđ indiciū pc̄ti. Sed fodit parietē ꝓpħa. i. de ꝑuo foramine facit magnū vt poſſit ītrare q̄n̄ vȝ p̄latus ſubtiliſſimis inq̄ſitionibꝫ ex paucis ſignis ꝯp̄henſis de peccatis ſubditorū deuenit ad noticiā alioꝝ etiam occultoꝝ. Unde īgreſſus in foramen vidit reptilia ⁊ aīalia depicta domus iſrahel ⁊ ẏdola. Hec ſignificant diuerſa vitia q̄ inquirens repperit in ſubditis. Reptilia ſunt peccata carnalia. Aīalia que ſunt ꝑ parte a terra eleuata peccata ſpiritualia. Jdola diuerſas ſpēs auaritie. Hec ſunt picta ẏmaginarie in mēte quibꝫ thurificāt. i. cultū deo debitū exhibēt. ⁊ ſeniores in ꝓplis. i. p̄ncipaliores ꝑmaxime ſunt his infecti ⁊ magni p̄lati eccleſiaſtici. Exinde intrās ꝑ aliud hoſtiū ⁊ aliū locū. ſ. ad aliū ſtatū vertēs ꝯſideratōȝ ⁊ inq̄ſitionē videt mulieres plangētes Adonidē. Hugo cardinalis dicit Adonidē ſm fictōȝ poetarū fuiſſe amaſiū veneris. quē mortuuȝ lugentes. poſtea reſuſcitato ď eo gaudēt. Alij dicūt eſſe Adoniam filiū Dauid pulcerrimū qui occiſus fuit a Salomone. et quōcūqȝ ſit ſignat mulieres deditas nimijs ꝯcupiſcentijs ⁊ laſciuijs: que dolēt nō poſſe habere copiam amatoꝝ ſuoꝝ ⁊ al'n habētes inaniter hẏlareſcunt. vel etiā que viris ſuis abutūť. Demū qui vertebant dorſū ad ꝓpiciatoriū ⁊ adorant ad orientem ſignāt eos qui poſtponētes deū ⁊ reuerētiam p̄latoꝝ nō attendūt niſi ad ꝓſperitatē tpalem ſui ſtat' tanq̄ lucem. Tertio debet eſſe ſolicit' p̄latus in corrigēdo crimina. De hoc dr̄. ij. ad Thimoth. iiij. Increpa eos dure. dicit̄ em̄ Hiere. xlviij. Maledictus qui ꝓhibet gladiū ſuū a ſanguine. ſ. fundēdo. Scd'm ſupficiē lr̄e poteſt intelligi de rectore ſeculari qui habet poteſtatē fundēdi ſanguinem ſeu occidendi. Talis ſi ſine cauſa rōnabili ꝓhibet gladiū ſuū a ſanguine. i. non punit maledictionem dei incurrit. Intelligit̄ etiā ď gladio locutionis increpatorie ⁊ dure q̄ trāſfigit carnē ſenſualitatis ⁊ elicit ꝑ correctōeȝ ſanguinem pc̄ti. hanc correctionē qui negligit ſeu omittit ⁊ p̄cipue habēs curam alioꝝ: maledictōeȝ incurrit dei. Unde Aug' ſup p̄s. Duo iſta nomina homo peccatoꝝ nō fruſtra dicunt̄. quia ei pc̄toꝝ eſt: corripe. q' homo ē: miſerere. Nec oīno liberabis hominē. niſi ꝑſecutus fueris peccatorem. huic officio nomīs īuigilet diſciplina ſicut cuiqȝ regenti accomodata ⁊ apta eſt nō ſolū ep̄o regenti plebē ſuā ſedetiaȝ paupi regenti domum ſuam. diuiti regenti familiam ſuā. marito regenti ꝯiugeȝ ſuam. patri regenti ꝓlem ſuam. iudici regēti ꝓuinciā ſuā. regi regēti gentē ſuā. hec Aug' xxiij. q. iiij. c. Duo ſūt. Q2 ſi quis neglexerit corrigere ꝑticeps ſit peccatoꝝ illoruȝ. Unde Eleutheri' papa et Innocenti' dicunt. Negligere quippe cum poſſis ꝑturbare ꝑuerſos. i. ꝓhibere ⁊ remouere a malis nihil eſt aliud q̄ fouere. Nec caret ſcrupulo. i. ſuſpitione ſocietatis occulte qui manifeſto crimini deſinit obuiare. ij. q. vij. Negligere. Et intelligit̄ ſm Glo. de p̄latis. Exemplum. Helẏ ſacerdos et iudex populi iſrl'. quia filios Ophni ⁊ Finees qui malis opibꝫ ſuis ſcandalizabāt ꝓpl'm falſa pietate ſupatus: dure corrigere neglexit. licet ī ſe bon' grauiter punit' eſt cū eis. Nam audita morte filioꝝ in bello retro cadens fractis ceruicibus expirauit. vt patȝ. j Reg. iiij Nec debet p̄latus ꝓpter ſcandaluȝ delinquentis de ſua correctione vel punitione cū illud eſt manifeſtū dimittere impunitū. ſm Tho. ſcd'a ſcd'e. q. xxxiij. arti. vj. Et ratio eſt iſta q2 correctio hec eſt actus iuſticie habens vim

coactiuã ⁊ ordinaᵗ ad bonũ ↄmune. ⁊ ideo ſi
delinquẽs ꝓpria ſpõte emẽdari nõ velit. cogẽ
dus ẽ ꝑ penas vt peccare deſiſtat. tũ etiã qꝛ et
ſi corrigibilis ſit ꝑ punitõeʒ eiꝰ ꝓuideᵗ bono
ↄmuni. dũ ſuaᵗ ordo iuſtitie. ⁊ vniꝰ exemplo
alij deterrenᵗ. Sicut nec iudex ꝑ̃termittit ſer
re ſniam ↄdẽnatõis ĩ peccãtẽ ꝓpᵗ timorẽ tur-
batõis eiꝰ vel amicoꝝ. Ubi aũt eſſet magis ꝑi
culũ ⁊ detrimẽtũ qd̓ ſequereᵗ bono ↄmũi ꝓpᵗ
punitõeʒ crimĩs alicꝰ. ꝓpᵗ ſcandalũ inde con
ſequẽdũ q̃ vtilitas ſequẽda ex punitõe. tunc
rõnabiliter correctio poſſet ꝑ̃termitti ar. ad
hoc diſ. l. Ut ↄſtitueret. Debet aũt ĩ corrigẽ-
do cauere a nimia crudelitate ſeu ſeueritate.
⁊ a nimia pietate ſeu remiſſione. Naʒ q̃tũ ad
ꝓ̃mũ dr̃ ꝓuer. xxx. Qui nimis emungit elicit
ſanguinẽ. ⁊ Eccĩ. vij. Noli eſſe nimis iuſtꝰ. i.
ſeuerus eſt q̃ perit ĩ iuſticia ſua. Hinc et Leo
papa. Leniᵗ caſtigatꝰ reuerẽtiã exhibet caſti
ganti. aſꝑitas aũt nimie ĩcrepatõis nec corre
ctionẽ recipit nec ſalutẽ. diſ. xlv. Cũ beatus.
Eẽtum ad ſcõm. ſ. de nimia miſẽdia dr̃ ꝓuer.
xiij. Qui parcit virge odit filiũ ſuũ. Et in ve-
teri lege. Non miſereberis pau̾pis ĩ iuditõ. ſ.
vt ex ↄpaſſione pau̾ptatis non punies delin-
quentẽ. Uñ Hieroꝰ. Que ẽ iſta bonitas: que
ẽ iſta miſẽdia: vni ꝑcere ⁊ oẽs ĩ diſcrimẽ addu
cere! Polluiᵗ ei ex vno peccatore ꝓplus. ſicut
ex vna morbida oue totꝰ grex inficiᵗ. diſ. xlv.
Sed illud. Ad idẽ dicit Ormiſda papa. Que
ẽ iſta iuſticie ĩimica bonitas palpare crimi-
noſos. ⁊ vulnera eoꝝ vſqꝫ ĩ diẽ iudicij incura-
ta ſuare! ⁊ paulopoſt. vere dico. qꝛ illi ipi qͥb
cũ ꝑiculoſa ⁊ falſa miſẽdia indulgẽ videmur
cũ ante tribunal xp̃i ꝓ tãtis peccatis dãnan
di aduenerit ↄ̃ nos cauſã dicturi ſũt dicẽtes.
q̃ dũ aut aſꝑitatẽ lingue eoꝝ expauimꝰ. aut
falſa blãdimẽta et ꝑiculoſas adulatões ipoꝝ
libenter accepimꝰ. in eiſdẽ ꝑmanẽ pc̃is ĩuti
liter ĩdulgemꝰ. aut ipa pc̃a augẽ ꝑmittimꝰ.
diſ. l. Si q̃s diaconus. Debet ḡ ſeruari medi
um vt docet Gregꝰ in. ij. li. moraᵗ. dicẽs. Circa
ſubditos dʒ ineſſe rectoribꝫ ⁊ iuſte ↄſulẽs mi-
ſẽdia. ⁊ pie ſeuiens diſciplina. Miſcenda eſt ḡ
lenitas cũ ſeueritate. ⁊ faciendũ ẽ quoddã ex
vtroqꝫ tem̃pamẽtũ. vt nec multa aſꝑitate ex-
ulcerenᵗ ſubditi. neqꝫ nimia benignitate ſol-
uanᵗ. diſ. xlv. Diſciplina. Adducit ad hec fi-
guras de ſãmaritano q̃ in vulneribꝫ ſemi vi-
ui ĩmiſit vinũ ⁊ oleũ. vinũ. ſ. mortificatiuum
ſeueritatis. ⁊ oleũ linitiuũ pietatis ad eũ ſa-
nandũ. Et ĩ archa dñi deſignãte p̃latũ. erat ⁊
mãna dulcedinis ⁊ ṽga diſtrictõis. ⁊ p̃s. Uir-
ga tua. ſ. caſtigatõis. et baculꝰ ſuſtentatõis ꝑ
ↄſortatõeʒ. ipa me ↄſolata ſũt. Exemplum in
Moyſe qui ex magna pietate rogauit ꝓ ꝓplõ
qui ẏdolatrauerat ſibi a dño ignoſci. aut dele
ri de libro ſuo. ⁊ poſtea placato dño ipe cum
ſuis occidit. xxiij. milia eoꝝ q̃ peccauerunt.

Uerum quia difficile eſt tenere medium ne ĩ
altero excedatur. dicit Criſoꝰ q̃ melius eſt do
mino reddere rationem de nimia miſericor-
dia q̃ de nimia ſeueritate. Si enim benignus
eſt dominns. vt quid ſacerdos eius vult vide-
ri auſterus. xxvj. q. vij. Alligant. Et Calixtꝰ
papa. Sententia que miſẽdiam vetat. nõ ſolũ
tenere fratres: ſed ⁊ audire fugite. qꝛ potior ẽ
miſẽdia oĩbꝫ holocauſtomatibꝫ. diſ. l. Pon-
deret. Qd̓ p̃cipue videtur hr̃e locum qñ delin
quens humiliter recognoſcit delictũ ſuũ. nec
eſt tale qd̓ trahaᵗ in exẽplũ. Uñ Hieroꝰ. Ubi
peccator intelligẽs vulnꝰ ſuuʒ tradit medico
curandum ibi nõ eſt virga neceſſaria: ſʒ ſpũs
lenitatis. de peni. diſ. j. Importuna. Et vt di-
cit Augꝰ ſiue plectendo ſiue ignoſcendo hoc
ſolum bene agitur. dũmodo mala vita homi-
nũ corrigaᵗ. xxiij. q. v. ꝓdeſt. Et hec oĩa age-
re debet p̃latus ex caritate. Uñ Augꝰ. Corri-
pianᵗ a prepoſitis ſuis ſubditi correctionibꝫ
de caritate venientibꝫ. ꝓ culparũ diuerſitate
diuerſis vel minoribꝫ vel amplioribꝫ. ⁊ infra.
Neſcientes quis ꝑtineat ad p̃deſtinatorũ nu-
merum. quis nõ ꝑtineat. ſic affici debemꝰ ca-
ritatis affectu vt omnes velimus ſaluos fie-
ri. xxiij. q. iij. Corripianᵗ. Qꝛ ſi p̃latꝰ excedat
modũ in corrigẽdo ſi ex caritate correxit non
tenetur a ſubditis veniã poſtulare. di. lxxxvj
Qñ. Si aũt ex odio fecit: teneᵗ actione iniu-
riaꝝ. ff. ad. l. acquil̓. Quẽadmodũ. Facilꝰ tñ
ꝑciᵗ p̃latus in hoc caſu q̃ in alijs. quia ĩ cura
rei familiaris vix poteſt euitari peccatũ. vt
xxv. diſ. Qualis. ⁊ p̃cipue negligẽtie. De hu-
iuſmodi exceſſu p̃latoꝝ in corrigẽdo habetur
figura Deuᵗ. xix. Si quis abierit cuʒ amico
ſuo ſimpliciter in ſiluam ad ligna cedenda et
lignum ſecuris fugerit manum. ferrumqꝫ la
pſum de manubrio amicũ eiꝰ ꝑcuſſerit et occi
derit. hic ad vnã ſupradictaꝝ vrbiũ. ſ. refugij
fugiet et viuet. ne forte ꝓximus eius cuius
effuſus eſt ſanguis. doloris ſtimulo ꝑſequa
